BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 66v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uxores. Neque enim ultra mori poterunt. aequales et
sunt angelis & filiis dei. cum sint filii resurrectionis.
Exemplum ergo nobis moyses angelicae conuersationis
quam in monte contemplationis uidit. praeceptis lega
libus ostendit. per quorum obseruantiam & ipsi deerra
editi. ad consostium angelorum in caelis peruenire
possimus. Exemplum idem nobis uitae perfectio
ris & beatae retributionis in figura tabernaculi & mi
nisterii sacerdotalis ac leuitici quod describit praebuit.
Erigitur autem tabernaculum iuxta exemplum quod illi
in monte monstratum est. quando electiquique ad imi
tationem angelicae puritatis quam ipse in occulto
contemplari meruit opus animumque conponunt,
Actenus de pariete templi meridiano septentrionali
& occidentali prout dominus dedit expositum est. Insequentibus
autem. & iam orientale latus qualiter sit conpositum mons
tratur. Sed prius scriptura de medio pariete qui sancta sanctorum
a priore tabernaculo diuidebat intimandum iudicauit.
T viii Sequitur. Facies & uelum de hracintho & purpura
& coccobis tincto & bisso retorta. opere plumario &
pulchra uariete contextum. quod ad pendes ante
iiii columnas de lignis sethim, Velum hoc quod taber
naculum diuidebat medium ita positum refert iosephus.
ut xx quidem cubiti longitudinis ad priorem domum.